



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvngensis Ecclesiae, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniae Agrippinae, 1657**

Ordo Et Caerimoniae Synodi, Celebratae in absentia Illustrissimae ac  
Reverendissimae Suae Celsitudinis. VI Octobris, anno MDCLIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

ORDO ET CÆRIMONIÆ  
SYNODI,

Celebratæ in absentia

Illustrissimæ ac Reverendissimæ Suxæ Celsitudinis.

VI Octobris, anno MDCCLIV.



*Hic Synodo omnino Illustrissima sua Celsitudo proposuerat præfens præsidere, sed cum sub discessum paratum Ratisbonæ adhuc præter opinionem quedam gravia illius Ecclesiæ negotia occurrerent, iter differendum fuit, &*

*Synodus hæc celebrata ut sequitur.*



*ridie, & horâ Synodi compulsatis undique campanis, sacro solenni per Dominum Abbatem Iburgensem decantato, in quo Clerus frequenter communicavit, processum fuit ad actionem Synodalem, præfidentibus in ea ex mandato Illustrissimi, Domino præposito Cathedralis Ecclesiæ & Officiali, Domino Decano ob adversam valetudinem impedito; prælectaque commissione, (quam, cum tenoris ferè ejusdem cum anteriori in*

*Synodo Vernali transmissa sit, supervacaneum visum fuit hic repetere) & catalago Cleri, notatis absentium nominibus, concio Synodalis per Reverendum Patrem Nicolaum Schaten habita. Finita concione D. Officialis loco decretorum repetiit in primis decreta generalia de præjudicio non afferendo, de oratione publica; præcipue vero commendavit precibus reditum Illustrissimi, & animam defuncti Henrici Winandi Succentoris, & nonnullorum aliorum infirmorum ex Clero; repetiit quoque decreta antecedentia de Examinatoribus Ordinandorum, & Iudicibus causarum Apostolicarum: Item de professione fidei & juramenti Pastoralis.*

*Omnibus hæc absolutis D. Officialis commonefecit omnes sui officii, ut Deo & D. Episcopo redenti rationem reddere possint, vocati postridie omnes ante discessum ad Consistorium, ceteraque omnia cærimonialia continuata & acta juxta ritum antecedentium Synodorum, ac decantato hymno Te Deum, &c. omnes cum pace dimissi, Synodo vernali Feria tertia post Dominicam Oculi indultâ.*

Præfiterunt in hac Synodo professionem fidei.

- D. ROTGERUS FLETMAN, Confessarius in monte Sæ. Gertrudis.  
 D. BERNARDUS BORDEWICK, Confessarius Maltgartenis Monasterii.  
 D. IOANNES BOSNELLINCK, Sacellanus in Wellinckholthausen.  
 D. PETRUS DEGENS, Sacellanus Widenbrugenfis.  
 D. IUSTUS NYBERG & D. IOANNES BRICKWEDDE, respectivè cathedralis & Collegiatæ S<sup>t</sup>i. Ioannis Ecclesiarum, Osnabrugenes Vicarii.  
 D. CASPARUS DUFELIUS, Decanus Wildeshusanus præfiterit juramentum fidei & pastorale.  
 D. GODTFRIDUS NIERMAN, Pastor ad S. Vitum fidei & pastorale.  
 D. CRISPINUS PECK, Pastor in Biffendorff, Pastorale & fidei.

*E*T quia ego, CHRISTIANUS BROCHMAN, Pastor in Wahlenhorst à supramemoratis Reverendissimi & Illustrissimi Domini Episcopi Deputatus in Actuarium hujus sacre Synodi deputatus fui, & omnibus in ea pertractatis interfui, idcirco in fidem eorundem propria manu subscripsi: Acta sunt hæc anno à partu virginis MDCCLIV, Pontificatus SS. Domini Nostri Innocentii X Anno XI diebus, mensè, & loco quibus supra; presentibus venerabilibus ac eruditis Dominis Antonio Sollinger & Nicolao Schaberg, Cathedralis Ecclesiæ Osnabrugensis Vicariis, ac respectivè Sacristano & Notario publico, testibus ad hoc specialiter requisitis & fide dignis.

CHRISTIANVS BROCHMAN, Pastor in Wahlenhorst & Actuarium causarum Ecclesiasticarum ad hoc specialiter deputatus, subscripsit.

D I O E-